



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Vincentius Damianus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

P. Vincentius Damianus.

Italus.
in Philip-
pinis.
 11. Nov.
 1649.
 aet. 34.
 Soc. 18.

Fides.

Anno 1641 Philippinas
 obtinuit. In ipsis Indijs In-
 dias magis reconditas, & ar-
 duas perferutatus. Fuit in-
 conditæ illius turbæ admi-
 tia studia suavis ductor. Apud
 Iubigenses, & Bacerenses
 barbaros heroë digna gessit
 pro fide, & passus est; vsque
 dum in Crucifixi amplexu
 (pro quo, & cui animam
 deuouebat) lanceâ confixus,
 vitæ finem impleuit: & eam
 quam ab infantia incorru-
 ptam ab omni grauiore no-
 xâ seruârat innocentiam, de-
 uotâ puri sanguinis purpurâ
 cumulata nobilitauit; reli-
 giosorum iuxta, & secula-
 riū ore dictus: *magnus Euan-*
gely vindex, & ipsâ morte
 assertor. Sic mori decebat
 virum in primâ ætate Ange-
 li-

licum, heroëm in robusta.
 Nox illi persæpè vigil ducta
 in delicijs Dei; quem ubi- *Oratio.*
 que præsentem perpetuâ
 consuetudine ad opem suæ
 tenuitati ferendam religiosè
 vocabat. Vnde illi vis ani-
 mi vegeta, & vires corporis,
 ac dulcis de fideli Deo fidu-
 cia, illis etiam quas de diui-
 næ perfectionis excelitate
 particulatim in Deo sapè-
 mente tractabat commenta-
 tionibus validissimè confir-
 mata.

Paruus Ioannes, seu

Nicolaus Odoenus, Coad.

Hic in Anglia sub adscito
 Ioannis Parui nomine latuit,
 & in pufillo corpore magnam
 animi vim ostendit. Excel-
 luit ingenio ad inueniendum,
 accomodandumque latebras
 in quibus delitescerent Pa-

*Anglus.
 Londini.
 12. Nou.
 1606.*